Op dat het Spiesglas in Glas verandere, moet men zich van Gereetschappen, die van yzer gemaakt zyn, onthouden.

Indien by enig Metaal in een sterk vuur gesmolten een weinig water wort gegoten, zo ontstaat'er op het ogenblik, met groot gevaar en schade, een schriklyke verbreking.

Water kookt veel eerder als Terpentyn Olie.

Zuiver Water kan Zeep geheel ontbinden.

Warm Water kan veel eer en veel meer Zout dan koud water ontbinden.

Zo men by vier oncen Sterk Water een once Ammoniak of Gemeen Zout doet, zo hiet dit mengzel Aqua Regia.

Versche Overgehaalde Wateren en Olien rieken enigzins aangebrant, doch krygen door den tyt haar natuurlyken reuk en smaak wederom. Zo deze Wateren en Olien ongesloten aan de Lucht worden bloot gestelt, verliezenze niet alleen hun aangebranden reuk, maar ook hun wezentlykste deel.

De krachten der rickende Speceryachtige dingen kan men best door het Overhalen bekomen.

Het Quikzilver wort door bygebrachte warmte ligtelyk uitgebreit, maar door het vuur in beweging gebracht vliegt het onzichtbaar weg.

Zuivere roode Armenische Klei behoeft men niet te wassen.

Camphora facile Spiritu Vini vel Oleis solvitur.

Camphora & *Myrrha* simul contusa in massam fluidioris consistentiæ abeunt.

Cassia fistula Pulpa brevi fermentat ac post fermentationem vires contrarias præstat.

Cornua, *Ossa* & similia, quæ glutinosis gaudent particulis, aqua diu sunt maceranda ac longo tempore coquenda.

Corpora, quo densiora ac nigriore colore prædita, eo diutius calorem retinent.

Effervescentiæ quæ contingunt inter Salia Acida ac Alcalina fiunt inprimis a reciproca attractione horum Salium.

Electuaria, *Conserva*, *Syrupi*, præsertim quæ vim purgantem possident, fermentatione a suis viribus privantur.

Fermentatio aliquando calorem summum producit; ac sine aqua peragi non potest.

Ferrum ac omnia corpora solida in omnem dimensionem calore crescunt & frigore decrescunt.

Flores contusi succum mucilaginosum præbent.

Gummi-resinosa Aromatica multum coquere inconsultum est.

Gummi-resinosa hyeme pulverificatione ac cribratione purganda.

Gummi-resinosa in hyeme pulverificatione & cribratione purgata optime Pillis, *Electuariis*, *Emplastris* *Unguentis* &c. miscentur.

Kamfer wort zonder moeite met Geest van Wyn, of met Olien ontbonden.

Kamfer en Myrrhe te zamen gestoten worden een deeg dat zeer week is.

Geprepareert Trommelftoks Merg fermenteert in korten tyt en betoont na de fermentatie een stoppende kracht.

Hoornen, Beenderen en diergelyke dingen, dewelke lymachtige delen bezitten, moet men met water lang weken en koken.

Zwarte Lichamen, hoe dikker datze zyn, zo veel te langer behoudense hunne warmte.

De Opbruiffingen, die tusschen de Zuren en de Loochzouten ontstaan, worden voornaamlyk door een herhaalde aaneentrekking dezer Zouten veroorzaakt.

Buikontlastende Zamengestelde en Enkelde Conserven en Siropen worden door de Fermentatie van hunne krachten berooft.

De Fermentatie veroorzaakt zomtyts grote warmte, en kan zonder water niet geschieden.

Yzer en alle vaste lichamen worden in hun gehelen onttrek door de warmte uitgebreit en door de koude kleinder.

Het Sap uit gestoten Bloemen geperst is lymig.

Het is dwaasheit Harsachtige Sterkriekende Gummen lang te koken.

In den Winter kan men Harsachtige Gummen door fyn te stampen en te ziften zuiveren.

In den Winter worden Harsachtige Gummen, door fyn stoting en zifting gezuivert zynde, gemaklyk met Pillen, zamengestelde Conserven, Pleisters, Smeerselen enz. gemengt.

- Gummi-resinosa* in pulverem redacta, nunquam Melli despumato, vel aliis liquoribus adhuc calentibus, ne grumescant, admiscenda.
- Gummi Mucilaginosa* Spiritus Vini non attingit; verum aqua commode solvuntur.
- Gummi-resinosa*, Aceto, Spiritu Vini, vel Oleo Terebinthinæ optime solvuntur.
- Ignis ultima actio* omnia fixa in vitrum mutat.
- Ignis Gradus* in omnibus Chemicis operationibus observandi.
- Ignis Gradus ultimus* non est definendus.
- Liquidum* calore citissime expanditur, densius vero lentius.
- Mercurius sublimatus Corrosivus*, Sulphur & omnia quæ cuprum attingunt, in Mortario Marmoreo, vel vitreo terenda.
- Mercurius* per frigus sensim ad pondus Auri accedit ac in summo frigore semper fluidus, mobilis & expansibilis manet.
- Naphta Corpora muncta*, dein accensa ac sub aquam dimissa, pergunt ardere.
- Oleum Amygdalarum dulcium* brevi rancidum fit.
- Olea expressa vitello ovi soluta* aqua commisceri possunt.
- Olea Stillatitia Saccharo exacte mista* commode aqua commiscuntur.
- Harsachtige Gummien tot Poeder gebracht moet men noit by Geschuimden Honig of andere vochten noch warm zynde, op datze niet klonteren, men-gen.
- Slymige Gummien laat de Geest van Wyn ongeschonden; maar worden gemaklyk met water ontbonden.
- Men kan de Harsachtige Gummien best met Azyn, Geest van Wyn, of Terpentyn Olie ontbinden.
- De uiterste kracht van het Vuur verandert alle vaste lichamen in Glas.
- In alle Scheikunstige bereidingen moet men de graden van het Vuur naauwkeurig gade slaan.
- De hoogste Vuurgraat kan men niet bepalen.
- Een dunne Vocht wort door de warmte schielyk; maar een dikke langzaam uitgebreit.
- Sublumaat, Zwavel en alle dingen, die het Koper aandoen, moet men in een stenen of glazen Mortier klein maken.
- Het Quikzilver krygt van langzamerhand door de koude de zwaarte van het Gout, en blyft in de grootste koude altyt vloeibaar, beweeglyk en uitspreibaar.
- Lichamen met Naphta gesmeert, aan brant gestoken en onder water gehouden, blyven branden.
- De Olie van Zoete Amandelen wort in weinig tyt gerstig.
- Uitgeperste Olien met dooyer van Eid ontbonden kunnen met water vermengt worden.
- Gedistilleerde Olien, op het naauwkeurigst met Suiker verenigt, worden zonder moeite met water vermengt.

Olea, quo magis depurata ac tenuiora, eo magis ad naturam Alcoholis accedunt.

Olea non tantummodo Oleis, verum etiam, ope ignis, Resinis ac Sulphuribus miscentur, nec non in Balsamum crassum rediguntur.

Oleum Lini in frigore summo glaciali fluidum manet.

Oleum Tartari per deliquium, Spiritui Terbinthinæ mistum, dat calorem notabilem.

Ossa acidis immerfa mollia ac flexilia fiunt.

Ossa ad albedinem calcinata, integra adhuc, in aquam demersa, fere pristinam duritiem ac pondus recuperant.

Plantæ Aromaticæ Sale volatili præditæ vix Salem fixum urendo exhibent.

Plantæ Acide Succulentæ combustæ multum Salis fixi præbent.

Pulveres Aromatici in phialis optime obturatis servandi.

Purgantia omnia, maxime quæ sunt Resinosa, a Spiritu Vini in suis virtutibus exaltantur.

Putrefactio sine aqua non contingit.

Radices mucilaginosæ in pulverem redactæ brevi in massam solidam compactam abeunt.

Rerum mucilaginosarum inclusio in nodulum inter coquendum ad earum vires obtinendas perperam instituitur.

Resinæ puræ levissima actione ignis fluunt.

Resina Jalappæ; omnia Gummi Resinosa; Balsami; Sperma Ceti ac omnia Oleosa vitello Ovi soluta, aqua

De Olien, hoe zuiverder en dunder datze zyn, hoeze nader aan de natuur van den Alcohol komen.

Olien worden niet alleen met Olien, maar ook door hulp van vuur met Harsten en Zwavel vermengt; ja ook tot een dicken Balsam gebracht.

De Lynolie blyft in de grootste koude, en schoon zy zo kout als ys zelfs is, vloeibaar.

Gesmolten Wynsteen-zout, met den Geest van Terpentyn vermengt, geeft een aanmerkelyke warmte.

Beenderen in zure vochten gedompelt worden zacht en buigzaam.

Beenderen tot witwordens toe gebrant, zoze anders heel zyn, in water gedompelt, krygen byna hun vorige hardheit en zwaarte.

Welriekende met vluch Zout voorziene Planten leveren nauwoyls door het branden enig vast Zout uit.

De Asch van Zuursappige Planten geeft veel vast Zout.

Welriekende Poeders moet men in wel gestote Glazen bewaren.

Alle Buikzuiverende Middelen, voornamlyk de barsachtige worden door den Geest van Wyn in hunne werking kragtiger.

Zonder water geschiet er geen rotting.

Slymige fyn gestampte Wortelen worden binnen korten tyt een vaste incengepakte stoffe.

Slymige dingen in een zakje gestoten om 'er de kracht door 't koken uit te halen, is arbeit te vergeefs.

Zuivere Harsten smelten met zeer weinig vuur.

Hars van Jalappe, alle Harsachtige Gummen; Balsamen; Walschot en alle Olieachtige dingen kunnen met dooyer

com-

commisceri possunt.

Sal Alkali fixum, arenæ puræ mistum, vi ignis in Vitrum mutatur.

Sal Alkali fixum magnam aquæ copiam ex aëre citissime adtrahit.

Simplicia, quæ ex filamentis tenacibus ac oblongis constant, ut sunt Schænantum, Spica Nardi Indica, Simaruba & alia ante pulverisationem in partes minimas ope forcipis, vel cultri redigenda.

Simplicia, quo ponderosiora, atque terrestriora, eo magis maceranda ac coquenda.

Spiritus Vini boni nota est; si vitro immixtus & aliquantulum commotus bullas in superficie mittat diutius persistentes.

Spiritus Vini Secundum Artem Salis communis quantitate sufficiente destillatus prima vice Alcohol præbet.

Spiritus Sulphuris per Campanam, ab omni sua aqua separatus, est omnium liquorum acerrimus ac ponderosissimus.

Sulphur, quoties sublimetur, semper manet Sulphur.

Suppositoria ex Melle composita in Oleo expresso, ne ab aëris humiditate diffuant, submergenda.

Syrupi, Conservæ, Electuaria atque omnia Medicamenta partibus volatilibus ac aromaticis prædita in vasis bene clausis adservanda.

van Ey ontbonden zynde, met water vermengt worden.

Vast Loochzout, met zuiver zant vermengt, verandert door de kracht van het vuur in Glas.

Vast Loochzout haalt zeer schieklyk uit de Lucht een grote menigte water tot zich.

Enkelden, dewelke uit taaije en langwerpige vezeldraden bestaan, als daar zyn het Kemelshooi, de Indische Nardus, de Rodeloop Bast en andere moet men, voor dat menze tot een Poeder zal stoten, met een schar of mes klein snyden.

Enkelden, hoe zwaarder en aardachtiger datze zyn, hoe meer men dezelve moet weken en koken.

Het Kenmerk van goeden Geest van Wyt is; indien hy in een glas gegoten en een weinig geschut zynde bellen geeft, die enige tyt blyven staan.

Geest van Wyn volgens de Konst met een genoegzaam deel gemeen Zout gedistilleert geeft met eens over de halen Alcohol.

Geest van Zwavel door een glaze klok gemaakt, van al zyn waterachtige delen afgescheiden zynde, is van alle vochten het allerzuurste, en het allerzwaarste.

Zwavel, hoe menigmaal ze opgeheven wort, blyft altyt Zwavel.

Zetpillen van Honig gemaakt moet men, op datze door de vochtigheit van de Lucht niet smelten, in uitgereste Olie bewaren.

Siropen, Enkelde en zamengestelde Conserven en alle Geneesmiddelen met vlugge en Speceryachtige delen voorzien, moet men in wel gesloten vaten bewaren.

Theria-

Theriaca fermentans Alvum non raro laxat; post fermentationem eandem adstringit.

Vasa, in summo hiemis frigore, nunquam liquoribus spirituosus usque ad summum replenda; sed semper curandum est, ut decima octava pars maneat vacua.

Vegetantia omnia, post putrefactionem combusta, nihil Salis Alcalini fixi suppeditant.

Vegetantia Aromatica coctionem non ferunt sine virium jactura.

Tandem, si in Formulis Medicorum simpliciter occurat *Aristolochia*, *Bryonia*, *Helleborus*, *Iris*, *Paeonia*, *Polypodium*, *Zingiber*, tunc sumatur *Radix Aristolochiae Rotundae*, *Radix Bryoniae Albae*, *Radix Hellebori Nigri*, *Radix Polypodii Quercini*; *Radix Zingiberis Albi*. Si *Capparis*, vel *Santalum*, tunc *Cortices Radicis Capparis* vel *Lignum Santalum Citrinum* sumendum. Si *Spica* tunc *Spica Nardi Indica* utendum. Si *Absinthium*, *Borrago*, *Calamintha*, *Dictamnus*, *Hyoscyamus*, *Marrubium*, *Mentha*, *Plantago*, *Rosmarinus*, *Scordium*, *Veronica*, *Viola*: hoe in casa *Folia Absinthii Pontici*, *Folia* vel *Flores Borraginis*, *Folia Calaminthae Montanae*, *Folia Dictamni Cretici*, *Folia Hyoscyami Albi*, *Folia Marrubii Albi*, *Folia Menthae foliis Crispis*, *Folia* vel *Semina Plantaginis Majoris*, *Folia Scordii Cretici*, *Folia Veronicae Majoris*, *Folia* vel *Flores Viola Nigrae*, sumenda. Si *Centaurium*, *Lilium*, *Nymphaea*, *Paeonia*, *Rosa*, *Stachas*, tunc *Flores Centaurii minoris*, *Flores*, vel *Bulbus Lilii Albi*, *Flores* vel *Radix Nymphaeae*

Theriaak maakt, terwylze fermenteert, niet zelden den buik week; na de fermentatie slooptze den zelven.

Men moet 's Winters, als het fel kout is, nooit glazen met Geestryke vochten tot boven toe opullen; maar altyt zorg dragen, dat een agtiende deel ledig blyve.

Alle Plant- en Boomgewasschen, na dat ze verrot zyn, tot asch gebrant, leveren geen vast Loochzout uit.

Welriekende Plant- en Boomgewasschen kunnen het koken niet ondergaan zonder verlies derzelver krachten.

Eindlyk, indien in de Voorschriften der Doctoren eenvoudig gevonden wort, Osterluci, Wilde Wyngaart, Nieskruit, Irias, Peoni, Varen, Gember, als dan moet men nemen Ronden Hoolwortel, Witten Wilden Wyngaartwortel, Zwarten Nieswortel, Wortelen van Eiken Varen en Witten Genberwortel. Zo Capper of Sandel; als dan moet men nemen den Bast van Capperwortel, en het geel Sandelhout. Indien Spica, dan moet men Spikenard uit Indien gebruiken. Wanneer Alzem, Bernagie, Calamint, Kraamkruit, Bilzenkruit, Andoren, Kruis en Munt, Weegbree, Rozemaryn, Waterlook, Erenprys, Viool: als dan moet men nemen Bladeren van Roomsche Alzem, Bladeren of Bloemen van Bernagie, Bladeren van Berg Calamint, Bladeren van Kandisch Kraamkruit, Bladeren van Wit Bilzenkruit, Bladeren van Witte Andoren; Bladeren van Kruis en Munt met gekronkelde Bladeren; Bladeren of Zaden van Groot Weegbree; Bladeren van Smalbla-

Albae,

Albae, Radix, Flores vel Semen Paeoniae Maris, Rosa Rubra, Flores Stachadis Arabicae, intelligenda. Si Agrius Castus, Ammi, Cardamomum, Daucus, Petroselinum, Piper, Pruna, tunc sumatur Semen Agni Casti, Semen Cardamomi Minoris, Semen Dauici Cretici, Semen Petroselini Macedonici; Piper Album, Pruna Damascena vel Hungarica. Si Agaricus inveniatur, tunc Agaricus Albus & Famineus sumatur. Si Balsamum, Opium, Pix, Styrax, tunc accipiendum Opobalsamum vel loci ejus Oleum Nucis Moschatae; Opium Thebaicum, Pix sicca in glutinantibus, Pix Liquida in maturantibus, Styrax Calamita. Si Oleum, Acetum, tunc Oleum Olivarum, Acetum ex Vino sumantur. Si Medulla, Castratus, tunc Medulla Cervina, vel si copia ejus non est, Vitulina & Sebum Porci Castrati intelligendum. Si Corallum vel Margaritae, tunc Corallum Rubrum & Margaritae Orientales, sumantur. Tandem si Sulphur, Sulphur vivum sumendum.

derigen Waterlook; Bladeren van Erenprys Manneken, Bladeren of Bloemen van Vioolkruit met blaauwe Bloemen. Zo Santory, Lely, Nymph, Peoni, Roos, Stachas, als dan moet men'er door verstaan Bloemen van Klein Santory, Bloemen of den Bolachtigen Wortel van Witte Lelyen, Wortel of Bloemen van Witte Waterplompen, Wortel, Bloemen of het Zaat van Peonie-manneken, Rode Rozen, Vreemde Lavendelbloemen. Indien Kuisboom, Ammi, Kardamom, Vogelneest, Pieterfely, Peper, Pruimen, als dan moet men nemen het Zaat van Kuisboom, Klein Kardamomzaat, Wortelzaat uit Kandie, Macedonisch Pieterfelyzaat, Witte Peper, Pruimen van Damask of Hongaarsche Pruimen. Zo Lorkenzwam, dan moet men Witte WyfjesLorkenzwam gebruiken. Indien Balsam, Heulsap, Pek, Styraks; als dan moet men nemen Opobalsam, of in deszelfs plaats, zo men hem niet kan bekomen, Olie van Noot Muskaat; Thebaisch Heulsap, Pek in Heelmiddelen en Teer in Rypmakende Middelen, droge Styrak. Zo Olie, Azyn, dan moet genomen worden Olyf Olie, Wynazyn. Indien Merg, Gesneden, als dan moet men'er het Merg uit Schonken van een Hert of zo'er dat niet is, uit Schonken van een Kalf, Reuzel van een Gesneden Mannetjes Varken door verstaan. Zo Koraal of Peerlen als dan moet men Root Koraal en Oostindische Peerlen nemen. Hindlyk, zo Zwavel eenvoudig voorkomt, moet men'er natuurlyke Zwavel door verstaan.

SECTIO SECUNDA

Continet

DOSIN MEDICAMENTORUM SIMPLICIUM, QUÆ PER INFERIORA VEL SUPERIORA PURGANT AC HOC IN OPERE INVENIUNTUR.

Dosis Radicis Bryoniae Albæ a granis sex ad Scrupulum unum.

Dosis Radicis Jalappæ a Semiscrupulo ad Scrupulos quatuor.

Dosis Radicis Hermodactylorum a Scrupulo uno ad sesquidrachmam.

Dosis Radicis Ipecacuanne a Scrupulo ad drachmam unam.

Dosis Mechoacanæ a Scrupulo ad sesquidrachmam.

Dosis Rhei in pulvere a Scrupulo ad sesquidrachmam, in infusione ad drachmas tres.

Dosis Radicis Rhapontici in pulvere a Semidrachma ad Drachmas duas, in infusione ad semiunciam.

Dosis Radicis Turbith in substantia a Scrupulo ad drachmam, in infusione ad drachmas tres.

Dosis Corticis Radicis Ebuli in infusione a drachma ad drachmas duas.

Dosis Foliorum Sennæ in substantia a semidrachma ad sesquidrachmam, in infusione ad drachmas sex.

Dosis Fructuum Cassiæ fistulæ Pulpæ a Semiuncia ad Uncias duas.

Dosis Fructuum Colocynthis Pulpæ a granis quatuor ad Semiscrupulum, in infusione ad drachmam.

Dosis Fructuum Tamarindorum Pulpæ a

TWEDE VERDELING

Behelst

DE GIFTE VAN DE ENKELDE GENEESMIDDELEN, DIE DOOR DEN AFGANK EN HET BRAKEN ZUIVEREN, EN IN DIT WERK GEVONDEN WORDEN.

De Gifte van Witten Wilden Wyn-gaartwortel is van zes tot twintig grein.

De Gifte van Jalappewortel is van een half tot vier Scrupelen.

De Gifte van de Hartjeswortelen is van een Scrupel tot anderhalf vierendeel loots.

De Gifte van den Rodenloopwortel is van een Scrupel tot een vierendeel loots.

De Gifte van Witte Rhabarber is van een Scrupel tot anderhalf vierendeel loots.

De Gifte van Rhabarber is van een Scrupel tot anderhalf vierendeel loots, en in een Afrekzel tot drie vierendeel loots.

De Gifte van de Rhapontik is van een half tot twee vierendeel loots, en in een Afrekzel tot een half once.

De Gifte van den Turbithwortel is van een Scrupel tot een vierendeel loots, en in een Afrekzel tot drie vierendeel loots.

De Gifte van de Bast van den Wortel van de Lage Vlier is in een Afrekzel van een tot twee vierendeel loots.

De Gifte van de Senebladeren is van een half tot anderhalf vierendeel loots, en in een Afrekzel tot zes vierendeel loots.

De Gifte van Geprepareerde Pyp Cassië is van een half tot twee oncen.

De Gifte van het Vleesch van Koloquint is van vier tot tien grein, in een Afrekzel tot een vierendeel loots.

De Gifte van bereide Tamarinde is uncia

Pondus purg. quod unaquæque drachma Medicam. Compos. continet. 315.

uncia ad uncias duas & semissem.
Dosis *Fructuum Myrobalanorum* in infusione a drachmis duabus ad unciam unam, in pulvere ad sesquidrachmam.
Dosis *Fungi Agarici optimi* in substantia a Scrupulo uno ad Scrupulos quatuor, in infusione ad Drachmas tres.
Dosis *Aloës* a Semiscrupulo ad semidrachmam.
Dosis *Euphorbii* a granis duobus ad grana octo ex Aceto.

Dosis *Guttæ Gambæ* a granis quinque ad grana quindecim.
Dosis *Mannæ* a drachmis duabus ad Uncias duas.
Dosis *Scammonii* a granis quinque ad Scrupulum unum.
Dosis *Lapidis Armenii* a Scrupulis duobus ad Scrupulos quatuor.

SECTIO TERTIA

Continet

PONDUS SIMPLICIUM PURGANTIIUM, QUOD UNA QUÆQUE DRACHMA MEDICAMENTORUM COMPOSITORUM CATHARTICORUM, QUÆ HOC IN OPERE INVENIUNTUR, CONTINET.

De Pulveribus.

Pulveris Comitum Warwicensis seu Cornachini variæ Formulæ apud varios Auctores occurrunt, quæ inter se valde differunt: alii enim *Scammonii*, *Antimonii Diaphoretici*, *Cremoris Tartari* ana partes æquales: alii *Scammonii* Uncias duas, *Antimonii Diaphoretici* Uncias tres, *Cremoris Tar-*

van een tot twe en een half onco.
De Gifte van de Purgeernoten is in een Aftrekzel van twee vierendeel loots tot een onco, in poeder anderhalf drachma.
De Gifte van de beste Lorkenzwam is van twintig tot tagtig grein, in een Aftrekzel tot drie vierendeel loots.
De Gifte van de Aloë is van een half Scrupel tot een half vierendeel loots.
De Gifte van Sap van Toorfen van Peru wort van twee tot agt grein met Azyn ingegeven.
De Gifte van Gitte Gum is van vyf tot vyftien grein.
De Gifte van den Honigdauw is van twee vierendeel loots tot twee oncen.
De Gifte van Scammoné is van vyf tot twintig grein.
De Gifte van den Lazuursteen is van twee tot vier Scrupelen.

DERDE VERDELING

Behelst

HET GEWIGT VAN BUIKZUIVERENDE ENKELDEN, DAT IN DER VIERENDEEL LOOTS VAN DE BUIKZUIVERENDE ZAMENGESTELDE GENEESMIDDELEN, DIE IN DIT WERK GEVONDEN WORDEN, KOMT.

Van de Poeders.

Het Poeder van den Graaf Warwich of Cornachini, daar van worden by verscheide Schryvers, verscheide van den anderen verschillende Voorchriften gevonden: also zommige hebben *Scammoné*, *Zweetdryvend Spiessglas*, *Room van Wynsteen* van elks even veel voorgeschreven: andere hebben

R r 2

tari

tari sesquunciam: alii Scammonii Sulphurati Uncias duas, Antimonii Diaphoretici Unciam unam, Cremoris Tartari Semiunciam & alii alias Formulas præscripserunt. Pulveris, qui hic & alibi extat, drachma continet circiter Scammonii 33 gr. Quamobrem Dosis Pag. 82. determinata robustis vel quando evacuatione valida opus est tantummodo propinanda: Imbecillis enim Semisrupulus ad Semidrachmam sufficit.

Drachma Pulveris Hieræ continet circiter Scrupulos duos & 6½ gr. Aloës.

De Pillulis.

Drachma Massæ Pillularum Aurearum cum Mellis drachmis tribus compositæ continet Trochiscorum Albandali 2½ gr. Aloës Scammoniique ana 12½ gr.

Drachma Massæ Pillularum Aurearum contractarum cum Spiritu Rosæmarini Scrupulis duobus compositæ continet Aloës 46 gr.

Drachma Massæ Pillularum Cochiarum cum Syrupi Stæchados drachmis sex & semissè compositæ continet Radicis Turbith 8½ gr. Scammonii 4½ gr. Trochiscorum Albandali 5½ gr. Pulveris Hieræ Picræ 16½ gr.

Drachma Massæ Pillularum Avicennæ cum Elixiris Proprietatis sesquidrachma compositæ continet Aloës 32 gr.

Drachma Massæ Pillularum de Gambogia cum Syrupi Rosarum Solutivi drach-

Scammoné twe oncen, Zweetdryvend Spiessglas drie oncen, Room van Wynsteen anderhalf once: andere hebben Scammoné met Zwavel bereit twe oncen, Zweetdryvend Spiessglas een once, Room van Wynsteen een half once, en andere hebben wederom andere Voorchriften. Het Poeder dat men hier en elders vinde daar van behout een vierendeel loots byna 33 grein Scammoné, waarom men de bepaalde Gifte Bladz. 82. sterke lichamen, of wanneer'er een sterke ontlasting nodig is moet ingeven: want voor zwakke lieden een half Scrupel tot een half vierendeel loots kan volstaan.

Een vierendeel loots Heilig Bitter Poeder bevat omtrent Ɔij. en 6½ gr. Aloë.

Van de Pillen.

Een vierendeel loots van het Gulden Pillendeeg met drie vierendeel loots Honig opgemaakt, behoud van de Koloquint Koekjes 2½ grein, van de Aloë en Scammoné 12½ grein.

Een vierendeel loots van het Gulden Pillendeeg by verkorting met twe Scrupelen Geest van Rozemaryn opgemaakt, bevat 46 grein Aloë.

Een vierendeel loots van de Pillen Cochie met zes en een half vierendeel loots Sirop van Stechas Bloemen opgestampt heeft Turbith Worrel 8½ grein, Scammoné 4½ grein, Koloquint Koekjes 5½ grein, Heiligbitter Poeder 16½ gr.

Een vierendeel loots Pillen van Avicenna met anderhalf vierendeel loots Elixer opgemaakt, behout 32 grein Aloë.

Een vierendeel loots Pillen van Gittégum met twe vierendeel loots Laxerende Romis.

mis duabus compositæ continet *Guttæ Gambæ* 10½ gr. *Scammonii* 7 gr.

Si *Massæ Pilularum Extracti Catholici* drachmas octodecim ponderet, tunc drachma una continet *Aloës* 27 gr. *Scammonii* 13½ gr.

Drachma *Massæ Pilularum* ex Duobus drachmas undecim ponderantis continet circiter *Scammonii*, *Trochiscorum Alhandali* ana 22 gr.

Drachma *Massæ Pilularum Fœtidarum* uncias octo ponderantis continet *Radicis Turbith* 3½ gr. *Esule Minoris*, *Hermoadactylorum* ana 1½ gr. *Euphorbii* ½ gr. *Scammonii* circiter 2½ gr. *Aloës*, *Trochiscorum Alhandali* ana 4½ gr.

Drachma *Massæ Pilularum Fœtidarum contractarum* uncias quatuor & drachmas duas ponderantis continet *Radicis Turbith* 3½ gr. *Scammonii* 5½ gr. *Aloës*, *Resinæ Jalappæ* ana 2½ gr. *Trochiscorum Alhandali* 5½ gr.

Drachma *Massæ Pilularum Magistratum* continet *Aloës* 37 gr. *Scammonii* 18½ gr.

Drachma *Massæ Pilularum Mastichinarum* Uncias duas ac drachmas quinque ponderantis continet *Aloës* 28 gr. *Agarici* 8½ gr.

Drachma *Massæ Pilularum Rufi* cum *Elixire Proprietatis* compositæ continet *Aloës* 32 gr.

De Electuariis.

Drachma *Electuarii Caryocostini* continet *Radicis Hermoadactylorum*, *Scammonii* ana 3½ gr.

zen Siroop opgemaakt, bevat *Gittæ gum* 10½ grein, *Scammoné* 7 grein.

Indien het Algemeen Buikzuiverende Pillendeeg een once en twe vierendeel loots weegt, als dan bevat een vierendeel loots 27 grein *Aloë*, en *Scammoné* 13½ gr.

Een vierendeel loots van het Pillendeeg van twe Purgerende Enkelden, wegende een once en drie vierendeel loots, bevat omtrent *Scammoné* en *Koloquint Koekjes* van elks 22 grein.

Een vierendeel loots van het Pillendeeg van de stinkende Pillen wegende agt oncen, bevat *Turbithwortel* 3½ grein.

Kleine Wolfs Melk en *Hartjeswortel* van elks 1½ grein, *Sap* van *Toorsen* van *Peru* ½ grein, *Scammoné* omtrent 2½ grein. *Aloë* en *Koloquint Koekjes* van elks 4½ grein.

Een vierendeel loots Pillendeeg van de stinkende Pillen, by verkorting, wegende vier oncen en een half loot, bevat *Turbithwortel* 3½ grein, *Scammoné* 5½ grein, *Aloë* en *Hars* van *Jalappe* van elk 2½ grein, *Koekjes* van *Koloquint* 5½ grein.

Een vierendeel loots van de uitmuntende Buikzuiverende Pillen, behout *Aloë* 37 grein, *Scammoné* 18½ grein.

Een vierendeel loots van het Pillendeeg van de Mastik Pillen wegende twe oncen en vyf vierendeel loots, bevat 28 grein *Aloë* en ryklyk 8½ grein *Lorkenzwam*.

Een vierendeel loots van de Pillen van *Rufus* met *Elixir* opgemaakt behout 32 gr. *Aloë*.

Van de zamengestelde Conferven:

Een vierendeel loots zamengesteld *Nagel Costus* *Conferv*, bevat *Hartjeswortel* en *Scammoné* van elks 3½ grein.

318 Pondus Opii quod unaquæque drachma Medicam. Compos. continet.

Drachma *Electuarii Diaphænici* circiter continet *Radicis Turbith* 4½ gr. *Scammonii* 1½ gr.

Drachma *Electuarii Diaphænici contracti* quantitatem eandem *Radicis Turbith Scammonique* continet.

Drachma *Electuarii Diapruni*, si de Decocto *Prunorum* quo *Saccharum* in consistentiam *Syrupi crassioris* decoctum sit unciæ sex remanserint, *Rhei* circiter 1½ gr. *Scammonii* 2½ gr. continet.

Drachma una *Electuarii Diapruni contracti*, si de Decocto *Prunorum* quo *Saccharum* in *Syrupi crassioris* consistentiam decoctum sit unciæ sex remaneant, continet *Rhei Scammonique* ana 2½ gr.

Drachma *Electuarii Hieræ Picræ* continet circiter *Aloës* 12¼ gr. *Radicis Asari* circiter ½ gr.

Drachma *Electuarii Hydragogi Sylvii*, continet *Radicis Jalappæ* 4½ gr. *Scammonii* 2½ gr.

SECTIO QUARTA

Continet

PONDUS OPII, QUOD UNAQUÆQUE DRACHMA MEDICAMENTORUM COMPOSITORUM NARCOTICORUM, QUÆ HOC IN OPERE INVENIUNTUR, CONTINET.

De *Trochiscis*.

Drachma *Massæ Trochiscorum Alkekengi*

Een vierendeel loots zamengesteld Dadel Conferf behout omtrent *Turbithwortel* 4½ grein, *Scammoné* 1½ grein.

Een vierendeel loots zamengesteld Dadel Conferf by verkorting heeft dezelve quantiteit *Turbith Wortel* en *Scammoné*.

Een vierendeel loots zamengesteld *Pruim Conferf*, zo'er van het *Afziedzel* van *Pruimen* daar de *Suiker* tot de dikte van een dikke *Siroop* mede gekookt heeft zes oncen zyn overgebleven, bevat omtrent *Rhabarber* 1½ grein, *Scammoné* 2½ grein.

Een vierendeel loots zamengesteld *Pruim Conferf* by verkorting bevat, zo'er van het *Afziedzel* van *Pruimen*, daar de *Suiker* tot een dikke *Siroop* mede gekookt heeft zes oncen zyn overgebleven, *Rhabarber* en *Scammoné* van elks 2½ grein.

Een vierendeel loots zamengesteld Conferf van *Heiligbitter*, bevat omtrent 12¼ grein *Aloë*, *Mansoor Wortel* ½ grein.

Een vierendeel loots zamengesteld *Water afzettend Conferf* van *Sylvius*, behout *Jalappe* 4½ gr. *Scammoné* 2½ gr.

VIERDE VERDELING

Behelst

HET GEWIGT VAN HET HEULSAP, HET WELK IN YDER VIERENDEEL LOOTS VAN DE ZAMENGESTELDE RUSTMIDDELLEN, DIE IN DIT WERK GEVONDEN WORDEN, KOMT.

Van de *Koekjes*.

Een vierendeel loots van het *Koekjesdeeg* cum

cum *Succi Fructuum Alkekengi* unciis duabus compositæ continet Opii circiter $1\frac{1}{2}$ gr.

Drachma *Massæ Trochiscorum Alkekengi contractorum*, cum unciâ una succi Alkekengi compositæ, continet Opii circiter $1\frac{1}{2}$ gr.

Drachma *Massæ Trochiscorum Terræ Sigillatæ* cum succi *Foliorum Plantaginis* drachmis novem & semissè compositæ continet circiter $2\frac{1}{2}$ gr. Opii.

Drachma *Massæ Trochiscorum Terræ Sigillatæ contractorum* eandem Opii quantitatem continet.

De Pillulis.

Drachma *Massæ Pillularum de Cynoglossa* cum *Aquæ Rosarum* drachmis tribus compositæ continet Opii $7\frac{1}{2}$ gr.

Drachma *Massæ Pillularum e Styrace*, cum *Tincturæ Castorei* Scrupulis duobus compositæ continet Opii circiter $7\frac{1}{2}$ gr.

Drachma *Massæ Pillularum Laudani opiani* continet circiter Opii 44 gr.

De Electuariis.

Drachma *Diascōrdiæ Fracastorij* cum *Vini* unciis quatuor compositi continet circiter $\frac{1}{2}$ gr. Opii.

Drachma *Diascōrdiæ contracti* cum *Vini* unciis quatuor compositi $\frac{1}{2}$ gr. Opii continet.

Mithridatij Damocratis drachma cum unciis *Vini* duodecim compositi continet Opii $\frac{1}{2}$ gr.

Drachma *Mithridatij contracti* unciis *Vini generosi* duodecim compositi continet quantitatem Opii *Mithridatis Damocratis*.

van Blaaskrieken met twee oncen Sap bereit, bevat omtrent $1\frac{1}{2}$ grein Heulsap.

Een vierendeel loots van het Koekjesdeeg van Blaaskrieken by verkorting, met een once Sap van Blaaskrieken bereit, bevat omtrent $1\frac{1}{2}$ grein Heulsap.

Een vierendeel loots van het Koekjesdeeg van Gezegelde Aarde met negen en een half vierendeel loots Sap van Weegbre Bladeren bereit, bevat omtrent $2\frac{1}{2}$ grein Heulsap.

Een vierendeel loots Koekjes van Gezegelde Aarde, by verkorting, behout dezelve hoeveelheit Heulsap.

Van de Pillen.

Een vierendeel loots Pillen van Hontstongen met drie vierendeel loots Rozewater opgemaakt, bevat $7\frac{1}{2}$ gr. Heulsap.

Een vierendeel loots van het Pillendeeg van Styraks, met twee Scrupelen Tinctuur van Bevergeil opgemaakt, bevat omtrent $7\frac{1}{2}$ grein Heulsap.

Een vierendeel loots Pillen van verbetert Heulsap, bevat omtrent 44 gr. Heulsap.

Van de zamengestelde Conserven.

Een vierendeel loots van het zamengestelt Conserf van Waterloo met vier oncen Wyn bereit, bevat omtrent $\frac{1}{2}$ grein Heulsap.

Een vierendeel loots van het zamengestelt Conserf van Waterloo met vier oncen Wyn bereit, bevat $\frac{1}{2}$ gr. Heulsap.

Een vierendeel loots van de Mithridaat met twaalf oncen Wyn bereit zynde, heeft $\frac{1}{2}$ grein Heulsap.

Een vierendeel loots Mithridaat by verkorting, met twaalf oncen Wyn bereit, bevat dezelve hoeveelheit Heulsap.

Drach-

320 Pondus Opii quod unaquæque drachma Medicam. Compos. continet.

Drachma *Philonii Mesue* continet circiter $3\frac{1}{2}$ gr. Opii.

Drachma *Requietis Nicolai*, atque *Requietis contracti* continet $1\frac{1}{2}$ gr. Opii.

Drachma *Theriace Andromachi* cum *Vini unciis duodecim compositæ* continet Opii $1\frac{1}{2}$ gr.

Drachma *Theriace contractæ* cum *Vini unciis duodecim compositæ* continet Opii circiter 17 gr.

NB. Ut *Basis Medicamentorum* compositorum *Purgantium* *Narcoticorum*que cuique pateat, quantitatem quidem rerum quibus componenda vel fermentanda sunt determinavi: verum quia eadem quantitas propter *Tempestates anni*, *qualitates Simplicium* & *habitationis locum* non semper observari potest, præstat *Pharmacopœis* peritis quantitatem rerum, quæ tantummodo *Medicamentis* compositis præsertim *Pilulis* consistentiam conciliant, relinquere. Porro observandum, quod partes humidiores *Trochiscorum* ac *Pilularum* siccando ac lapsu temporis minuantur eoque quantitas Opii ac aliorum *Simplicium* aliquomodo augetur.

Een vierendeel loots zamengesteld Conferf van Philo, bevat omtrent $3\frac{1}{2}$ gr. Heulsap.

Een vierendeel loots zamengesteld Rust Conferf van Nicolaus, als ook die men by verkorting vinde, behout $1\frac{1}{2}$ grein Heulsap.

Een vierendeel loots van de Theriaak van Andromachus met twaalf oncen Wyn bereit zynde, bevat omtrent $1\frac{1}{2}$ grein Heulsap.

Een vierendeel loots Theriaak by verkorting met twaalf oncen Wyn bereit, behout omtrent $1\frac{1}{2}$ grein Heulsap.

NB. Op dat het hoofzakelyke, van het geen in de zamengestelde Buikzuiverende en Slaapmiddelen komt, niemand onbekent zy, hebbe ik wel de quantiteit van dat geen, waar mede men dezelve moet bereiden of laten fermenteren, bepaalt: maar also die quantiteit, wegens het Saizoen van 't Jaar, de deugt der Enkelden en de plaats alwaar men woont altyt niet kan worden waargenomen, is het, best dat men de quantiteit van die dingen, dewelke alleenlyk dienen om een Geneesmiddel zyn behoorlyke dikte te geven, aan kundige Apothekers overlate, het welk voornaamlyk in het maken van Pillen plaats moet hebben. Voorts moet men weten, dat de vogtige delen van die dingen, waar mede men Koekjes en Pillen maakt, door het drogen en door den tyt verminderen, en dat daar door de quantiteit van het Heulsap en van de andere Enkelden enigzins toeneemt.

PHARMACOPOEÆ
GALENO-CHEMICO-MEDICÆ
PARS SEXTA.

Quæ de Vocabulis Technicis in Pharmacia & Chemia usualibus agit.

ZESDE DEEL
V A N D E
MENG-SCHEI-EN GENEESKONSTIGE
ARTSENYWINKEL;

Handelende over de Konftwoorden in de Meng- en Scheikonft
gebruikelyk.

Abluentia, Abstergentia, Detergentia. Denotant Medicamenta, quæ leniendo, diluendo ac resolvendo acres humores obtundunt, glutinosos resolvunt ac secum educunt. Geneesmiddelen, die door verzachting, bevochtiging en ontbinding de scherpe vochten verstampen, de Slymige vloeibaar maken en met zich doen ontlasten.

Ablutio. Est cum Medicamenta impura vel acria ope Aquæ purgantur vel edulcorantur. Onzuivere of scherpe Geneesmiddelen door hulp van water zuiveren of onsmakelyk maken.

Absorbentia, Imbibentia, Temperantia, Saturantia, Concentrantia. Denotant

Medicamenta, quæ siccitate sua terrestri Salia vel acida acria, in humoribus corporis humani hærentia, imbibunt. Geneesmiddelen, die door hunne drogen aardachtigen aart de Zoute en scherpe zure delen, die in onze vochten zyn, opslurpen of temperen.

Abstergentia, vide Abluentia.

Acetum. Generaliter quemcumque Acidum humorem notat: Verum in officinis tantummodo liquorem Acidum ex potentis succis compositum. Azyn betekent in het gemeen allerhande zure vocht: maar in de Winkels alleenlyk een zure vocht van drinkbare Sappen gemaakt.

S f

Acetum

Acetum Alcalifatum. Denotat Acetum destillatum suo proprio Sale alcali futuratum. *Gedistilleerde Azyn met deszelfs Loochzout opgevult.*

Acetum Philosophicum. Denotat Acetum ex Melle destillatum. *Een zure vocht van Honig, door de distelatie gemaakt.*

Acetum Radicatum. Idem quod Acetum Alcalifatum.

Acoustica. Denotant Medicamenta auditum jvantia. *Geoorversterkende Middelen.*

Acuere. Denotat, liquorem debilem ad dissolvendum, penetrantiorum, reddere: vel Medicamenta purgantia gr. I. ac II. Scammonii acuere. *Een zwak vocht om iets te ontbinden, doordringender; of Buikzuiverende Middelen in hunne werking, door een of twee grein Scammoné krachtiger maken.*

Ad pondus omnium. Significat quod ultimum præscriptum Medicamentum tantum debeat ponderare, quantum omnia superius scripta simul. *Het laatste voorgeschreven Geneesmiddel moet alleen zo zwaar wegen, als al de andere, die te voren voorgeschreven zyn, met malkander doen.*

Abenum, Cucuma. Denotat Vas Cupreum vel Ferreum Medicamentis coquendis ac destillandis destinatum. *Een Kopere of Yzere Ketel, geschikt om Geneesmiddelen in te koken en over te halen.*

Alkaleft. Significat vel Sal Universale: vel Mercurium peculiariter præparatum: vel Menstruum universale. *Een Algemeen Zout: of Quikzilver op een byzondere manier bereit: of een Algemeen Scheiwocht.*

Alkali. Denotat omne Sal sine Acido. *Zuiver Zout.*

Alcalisatio. Est quando Spiritus Vini quovis Alkali imprægnatur. *Geest van Wyn met zuiver Zout opvullen.*

Alcohol, Alkol, Alcool. Denotat Spiritum Vini reiteratis destillationibus rectificatum, nec non Pulverem impalpabilem. *Geest van Wyn door herhaalde Overhalingen van al zyn Waterdelen gezuivert: als mede een ontaftbaar fyn Poeder.*

Alembicus, Capitellum. Est instrumentum, quod cucurbitis ac aliis vasibus destillatoriis super imponitur: Si Alembicus rostrum clausum habet, tum Alembicum cæcum audit. *Een Helm die op een Kolf en andere distilleer Vaten gezet wort: Zo een Helm een toe smit heeft, noemt men hem een blinden Helm.*

Alexipharmacum. Denotat Medicamentum quod venena arcet, ne Corpus humanum lædatur. *Een Geneesmiddel dat het Vergift zodanig bedwingt, dat ons lichaam door het zelve niet kan beschadigt worden.*

Aloëtica. Denotant Medicamenta, quæ Aloën recipiunt. *Geneesmiddelen daar Aloë in komt.*

Alterantia, Alliatica. Sunt Medicamenta, quæ humores pravos, meliores reddunt. *Bloetzuiverende Middelen.*

Aludel, Aludeli. Significat, vitra sublimatoria & ollas fundo carentes, sibi que invicem imposita, quæ ollæ suppositæ adaptantur. *Sublimeer glazen en potten zonder bodems in verband op den anderen geschikt.*

Alvi duca. Denotant Medicamenta, quibus Alvus liquida fit. *Buikweekmakende Middelen.*

Anal-

- Amalgamatio.** Significat Misturam ex Metallo liquato & Mercurio compositam. Een Mengzel van gesmolten Metaal en Quikzilver gemaakt.
- Amblofis, Ambloma, Amblotica.** Sunt Medicamenta Abortum promoventia. Middelen die een Miskraam bevorderen.
- Ampullā.** Est Vitrum rotundum, cui collum in summitate est. Een Katrol, Kinder- en Fvooglas.
- Amurca.** Notat fecem, seu Olei recementum. Droezem van Olie.
- Amygdalatum, Emulsio.** Est Lac artificiale ex Amygdalis, aliisve compositum. Een door Konst gemaakte Melk. Amandel- of Zaadmilk.
- Anacathartica.** Sunt Medicamenta, quæ per superiora purgant; ut Emetica, Errhina & Masticatoria. Geneesmiddelen die van boven zuiveren; als Braakneus- en Kasuw Middelen.
- Analeptica.** Notant Medicamenta, quæ vires attritas sive Morbi diuturnitate, sive defectu Alimenti restitunt. Versterkende Middelen.
- Anamnestica.** Dicuntur Medicamenta memoriam restaurantia. 't Gebeugen herstellende Middelen.
- Anastomotica.** Sunt Medicamenta Vasorum ora aperientia; qualia sunt Aloë, Cyclamen & alia. Middelen die de Monden der Vaten openen.
- Anemius Furnus.** Est Furnus, qui præ cæteris majorem ignis vim destillandis liquandisve rebus largitur. Een Windoven is een Fournuis, het welk boven anderen, de dingen die men zal overhalen en smelten, bitter byzet.
- Anhaltina.** Dicuntur Medicamenta, quæ Respirationem faciunt. Middelen die gemakkelyker doen Adem halen.
- Anodynum, Paragoricum, Narcoticum.** Est Medicamentum dolorem leniens & sopiens. Een Pynstillent en zacht Rustvoerwekkent Middel.
- Antiacida.** Eadem quæ Absorbentia. Het zelfde dat Absorbentia.
- Antasthmatica.** Eadem quæ Anhaltina. Het zelfde dat Anhaltina.
- Antemetica.** Sunt Medicamenta, quæ Vomitum compescunt. Braak beletende Middelen.
- Antepileptica.** Dicuntur Medicamenta Epilepsiam ac Motus Convulsivos sanantia. Middelen die de Vallendeziekte en Stuipep gezezen.
- Antibelmithica.** Sunt Medicamenta quæ Vermes enecant ac educunt. Worm dodende en uitdryvende Middelen.
- Anthypnotica.** Notant Medicamenta somnum abigentia. Slaapbeleitende Middelen.
- Anthysterica.** Sunt Medicamenta Antispasmodica. Middelen tegen de Opstying.
- Anthypochondriaca.** Sunt Medicamenta, quæ in Morbo valde complicato atque composito, præsertim ex intemperie partium nobilium ac obstructionibus Glandularum Vasorumque in superioribus partibus Abdominis fitorum, usurpantur. Geneesmiddelen tegen de Bovenbuiks-ziekte.
- Antiarthritica.** Sunt Medicamenta Arthritidem sanantia. Jigt genezende Middelen.
- Antiballomena, Succedanea.** Notant Medicamenta virium earundem, quæ alterius defectu aliquando substituntur.

- tur. Middelen van eender kracht, die den een voor den ander by gebrek kunnen gebruikt worden.
- Anticacchctica.* Eadem quæ *Alterantia.*
Het zelfde dat *Alterantia.*
- Anticolica.* Sunt Medicamenta dolores Intestinorum fanantia. Buikpyn genezende Middelen.
- Antidivina.* Denotant Medicamenta vertiginem fanantia. Geneesmiddelen voor de Draaijngen van het Hooft.
- Antidysenterica.* Sunt Medicamenta, fluxibus Alvi cruentis, medentia. Middelen voor den Rodenloop.
- Antifebrilia, Antipyretica, Febrifuga.* Sunt Medicamenta Febres fanantia. Middelen voor de Koorts.
- Antihæcticum.* Est nomen speciale Medicamenti a *Poterio* inventi. Een Geneesmiddel voor de *Thering*.
- Antinephritica.* Dicuntur Medicamenta Renum Morbos fanantia. Gravel Middelen.
- Antiparalytica.* Sunt Medicamenta quæ Paralyticis profunt. Middelen voor de Lamheit, voor de Beroertheit.
- Antipodagrica.* Eadem, quæ *Antarthritica.*
Het zelfde dat *Antarthritica.*
- Antipyretica.* Vide *Antifebrilia.* Zie *Antifebrilia.*
- Antiscorbatica.* Sunt Medicamenta quibus Scorbutus fanatur. Middelen voor de Scheurbuik.
- Antispasmodica.* Dicuntur Medicamenta Motus convulsivos fanantia. Krampmiddelen.
- Antivenerea.* Sunt Medicamenta Luem veneream fanantia. Pokmiddelen.
- Aperientia.* Dicuntur Medicamenta, quæ Vasa ac Corporum poros atque meatus aperiunt. Openende Middelen.
- Apocrylisma, Succago, Robus.* Vide *Robus*.
Zie *Robus*.
- Apomel.* Idem quod *Oxymel.*
- Apophlegmatismus.* Dicitur & *Masticatorium*, atque *Collutio Oris.* Een Slijmzuiverend Hooftmiddel: Een Montspoezel.
- Apoplectica.* Sunt Medicamenta Apoplexiam fanantia. Middelen voor de Beroertheit.
- Apozema, Decoctum.* Notat decoctionem Radicum, Lignorum, Corticum, Herbarum &c. ope Aquæ vel feri Lactis. Een Kookzel van Wortelen, Hou, Schorssen, Kruiden enz.
- Apyrobbium.* Denotat Sulphur vivum.
Natuurlyke Zwaarvel.
- Aqua Florum omnium.* Significat Aquam stercoris bovini gramine vescentis destillatam. Gedistilleert Water van Koedrek.
- Aquila Alba.* Denotat Mercurium dulcem. Zoete opgeheven Quik.
- Arilli.* Sunt Acini Uvarum. Korrels van Druiven.
- Aroma.* Denotat Odoramentum quodvis, ut Cinnamomum, Crocus ac omne grati penetrantisque odoris, atque saporis. Alles wat wel riekt en smaakt.
- Artomel.* Denotat Cataplasma ex Pane & Melle compositum. Een Pap van Broot en Honig gemaakt.
- Affatio.* Est coctio sicca. *Brading, Roosting.*
- Astringentia, Adstringentia.* Denotant Medicamenta terrestria, quæ vim siccandi, humores depascendi ac fibras robo-

roborandi præstant. *Zamentrekkende Geneesmiddelen, die een opdrogende en versterkende kracht hebben.*

Athamor. Notat Furnum Chymicum. Dicitur & Uterus Spagyricus & Bonus Henrikus. *Een Fournuis dat Leuwe Heindrik genaamt wort.*

Attenuantia, Incidentia. Sunt Medicamenta vim humores crassos viscidosque attenuandi habentia. *Verdunnende Middelen die het vermogen hebben om dikke en Lymige Vochten vloeibaar te maken.*

Attrahentia. Sunt Medicamenta repellentibus opposita; scilicet quæ parti imposita illuc humores, vel materiam peccantem provocant: vel sunt Medicamenta, quæ segmina & alia vulneribus hærentia attrahunt. *Trek-kende Middelen, die tegen over de te rugdryvende worden gestelt: naamlyk die de Vochten of de Ziekmakende stof, op enig deel geleit zynde, derwaarts heen voeren: Of het zyn Geneesmiddelen, die splinters, en andere dingen in de Wonden hangende na zich trekken.*

Auxilium, Remedium. Idem quod Medicamentum. *Een Geneesmiddel.*

Axungia. Est Pinguedo mollior sebo. *Zacht Vet, Reuzel.*

Bacilli. Fiunt ex Radice Glycyrrhizæ & linctui inserviunt. *Candelæ odoriferæ quoque Bacilli dicuntur. Likstokjes van Zoethout gemaakt: en Welriekende Kaarsjes.*

Balneum. Hujus sunt diversa genera; scilicet *Balneum Arenosum, Cinereum, Martiale, Mariæ, Vaporosum. Balneum Arenosum, Cinereum ac Martiale est, cum Retorta vel aliud vas*

destillatorium, Arenæ, Cineri, vel Chalybis limaturæ imponitur. Balneum Mariæ vel Maris, cum eadem Instrumenta aquæ fervidæ imponuntur. Balneum Vaporosum, cum Instrumenta tantum vaporem aqueum excipiunt, vel quod corpora sudationi exponuntur. Daar zyn verscheide zorten van Baden. Naamlyk een Zant, Asch, Staal; Kokent en een Dampbat. Het Zant, Asch en Tzerbat is, als een Retort of een ander Distileervat op Zant, Assche of geuyt Staal wort gezet. Een Kokent Bat, als dezelve Werktuigen in 't Kokent water worden gestelt. Een Dampbat, wanneer de wêrktuigen alleenlyk aan een waterachtige damp worden bloot gestelt of dat lichamen in een Zweetstof worden geplaatst.

Bamma. Est Tinctura seu Liquor in quo aliquid tingitur. *Indoopzel.*

Beckica. Sunt duplicia, alia quæ Tussim promovent, alia quæ leniendo ac incrassando Tussim sedant. *De Hoestmiddelen zyn twederlei: Zommige die doen hoesten: Zommige die niet te verzachten en de dunne scherpe vochten te verdikken den Hoest stillen.*

Bezoardica. Eadem, quæ *Alexipharmaca.* *Het zelfde dat Alexipharmaca.*

Bicongius. Est mensura duodecim sextarios continens. Dicitur eandem viginti quatuor libras aquæ continere. *Een zekere Roomsche maat, houdende omtrent twaalf mingelen. Men zegt, datze vierentwintig pont Water kan bevatten.*

Bochetum. *Decoctum secundarium.* Est decoctio altera alicujus rei. *Minder drank. Tweede kookzel.*

- Bocia.** Notat vas vitreum Cucurbitæ instar. *Een Buikglas.*
- Bolus.** Est Medicamentum internum consistentiæ Electuarii una vice assumendum. *Een Geneesbrok, de dikte van een zamengesteld Conserf hebbende, om op eenmaal in te nemen.*
- Cacabus, Lebes.** Notat vas terreum, vel Cupreum majus, stanno intus obductum, Medicamentis coquendis destinatum. *Een groot Glas, of Kopere van binne vertinde Ketel, geschikt om Geneesmiddelen in te koken.*
- Calcinatio.** Significat mutationem Corporum in calcem beneficio ignis. *Kalkmaking door vuur; Gloeiing; Branding.*
- Calomelas, Calomelanos.** Notat Mercurium sublimatum dulcem aliquoties elevatum. Dicitur & Mercurius Zoticus & Panacea Mercurii. *Zoete Quik die verscheidemaal is opgebeven.*
- Caput Mortuum.** Significat Materiem, quæ post distillationem in vase distillatorio remanet. *Dode Kop betekent de stoffe, die na de distelatie in het vat daar men mede disteleert, overblyft.*
- Cardiacum, Cordiale.** Denotat Medicamentum Corroborans. *Een Hertsterkend Middel.*
- Cataplasma.** Est Medicamentum topicum pulvis consistentiæ. *Een uitwendig Plaatsmiddel, in de gedaante van een Pap.*
- Catapotium.** Est Medicamentum quod deglutiri debet ac in forma Pilularum sumi. *Een Geneesmiddel dat op de manier van Pillen moet ingenomen worden.*
- Cathartica.** Notant Medicamenta, quæ leniter ac non statim carnem superfluam ad quam applicantur consumunt: hinc quoque Sarcophaga audiunt. *Zachte vleeschwechetende Middelen.*
- Catharticum.** Est Medicamentum quod Alvum movet. *Een Buikzuiverend Middel.*
- Catholicum, Panacea.** Dicitur Medicamentum Universale omnes vitiosos humores corrigens & educens. *Een Algemeen Geneesmiddel.*
- Caustica, Escharotica.** Sunt Medicamenta quæ cutim & carnem in duram escharam exurunt. *Brandende Middelen.*
- Ceratum, Cerotum.** Est Medicamentum externum ex Cera, Oleo & aliis compositum, Unguento crassius & plerumque Emplastro mollius. *Een Wasch-pleister, meestal iets zachter dan een Pleister.*
- Charta Emporetica, Bibula.** Est Charta sine glutine, filtrationi inserviens. *Papier zonder Lym, Vloeipapier, het welk dient om Tincturen, Looch en andere Vochten door te lekken, op datze van hun grovere delen worden gezuivert.*
- Cholagoga.** Dicuntur Medicamenta Bilem evacuantia. *Galzuiverende Middelen.*
- Choria.** Notat Medicamenta secundinas expellentia. *Nageboorte afdryvende Middelen.*
- Cinectio, Cineratio.** Est rerum combustio & in cinerem reductio. *Afchmaking.*
- Circulatorium.** Denotat vas vitreum, quo infusus liquor, quasi in circulo, ascendendo & descendendo, rotatur. *Een Glas, waar in de ingegote vocht,*

- vocht, als in een kring door op te klimmen en neder te dalen, beweging wort.
- Circulus.** Denotat Instrumentum annuli instar, vitris abscondendis destinatum, ex ferro factum. Een gloeiende Tzere ring waar mede men disteleer-glazen afsnyt.
- Clarificatio.** Est sordium a Medicamentis liquidis purgatio: fit filtratione, subsidentia, fermentatione & coctione ope albuminis &c. Zuivering van woektige Geneesmiddelen: Dit geschiet door lekking, zinking, gesting, en door koking met Eiwit enz.
- Clyisma, Clysterium, Clyster.** Est Medicamentum fluidum, quod in Intestinum rectum injectur. Klisteer, Darm-spoelzel.
- Coagulatio.** Est vel calida vel frigida. Calida est reductio per evaporationem humidi in massam solidam. Frigida, quando res in calido resolutæ, in frigido rursus coagulantur. Dikmaking, Stremming: Zy geschiet heet en kout. De Heete is een vloeibare zaak door uitwazeming, tot een vaste stof te brengen. De Koude, wanneer dingen door warmte vloeibaar gemaakt, door de koude wederom stremmen.
- Cohobatio.** Differt a Rectificatione: Rectificatio enim partem aliquam relinquit: Verum Cohobatio est quando liquor destillatus Menstruo suo iterum adfunditur & deinceps usque ad siccitatem destillatur. De Cohobatio verschilt van de Rectificatie: Want de Rectificatie laat altyt iets achter zich; maar de Cohobatie is, wanneer de overgehaalde vocht wederom op zyn Scheivocht gegoten zynde tot droogwordens toe wort gedisteleert.
- Colatorium.** Significat Instrumentum, per quod aliquid colatur. Een Teems of iet anders waar door enig vocht gegoten wort.
- Colatio, Colatura.** Liquorem percolatum denotat. Doorzygzel, doorgegoten vocht.
- Collutio.** Idem quod Gargarisma. Het zelfde dat Gargarisma.
- Collyrium.** Gaudet duabus significacionibus, Antiqua & Nova. Olim Collyrium Medicamentum ex succis inspissatis vel Metallis & aliis compositum notabat: Hoc Medicamentum formam Pessi vel Turundæ habebat & vitiis Aurium, Narium, Uteri vel Ani applicabatur. Hodie Collyrium Medicamentum Oculis inserviens indicat. Dit woort heeft tweederlei betekenis, een Oude en een Nieuwe. Eertyts betekende het een Geneesmiddel van dikgemaakte Sappen, Metaal of andere dingen gemaakt: Dit Middel had de gedaante van een Steekpil of van een Wiek, en wert in de gebreken der Oren, Neusgaten, Lyfmoeder en van den Aars gebruikt. Heden betekent het een Oogmiddel.
- Compositio.** Est mistio artificiosa duorum vel plurium simplicium convenientium ad unum Scopum determinatum. Een Konstige samenmenging van twee of meer Enkelden van eender krachten en tot een einde geschikt.
